Santo asiste y no permitirá que el Papa omita la diligencia suficiente y necesaria, cuando define en cosas de fe. No poseen este privilegio los particulares, a los que el Espíritu Santo no asiste para que siempre realicen la diligencia previa, y para que, previamente realizada, no yerren⁵³. Con un sereno sentido teológico, que sabe distinguir lo discutible de lo no discutible concluye Mancio: si el Papa define, define infaliblemente y no yerra, sea cual fuere la opinión, que se tenga, sobre la explicación de la infalibilidad⁵⁴.

La misma concepción vuelve a aparecer en Mancio, hablando ya del Papa y del Concilio, y no tan sólo del Papa, al compararlos con los hagiógrafos bíblicos. Los autores sagrados escribían en virtud de una inspiración y revelación inmediata de Dios, por lo que no necesitaban del trabajo humano. El Papa y el Concilio necesitan buscar consejo, discutir razones, y entonces se seguirá la asistencia del Espíritu Santo, para que no puedan engañarse⁵⁵.

Domingo Báñez

En su comentario impreso a la *Secunda secundae* aparece Báñez en la línea común, según la cual concibe la Escuela de Salamanca la infalibilidad de la Iglesia. Entre las objeciones contra la infalibilidad pontificia propone Báñez la siguiente: el Papa, a

53 «Modo urget argumentum: quomodo potest constare quod papa praemiserit diligentiam sufficientem? Et ita semper maneremus dubii an erret an non. Respondetur: Spiritus Sanctus assistit et non permittet quin adhibeat sufficientem diligentiam et necessariam, quando in rebus fidei iudicialiter definit. Hoc non habent alii doctores definiendo, quia non assistit eis Spiritus Sanctus, ut infallibiliter praemittant diligentiam, nec ut, praemissa, non errent». Ibid.

54 «Unde haec est vera: si papa iudicialiter definit, infallibiliter definit et non errat, quaecumque opinio teneatur». Ibid.

55 «Auctores sacri ex proxima et immediata revelatione Dei et inspiratione loquuntur, non egent externis incitamentis, non opus habent ratiocinari, inquirere, colligere ex scripturis. Concilium vero et papa via humana procedunt, argumentis et rationibus utuntur. Apostoli et prophetae et evangelistae, proposita una qualibet de fide quaestione protinus noverunt utra pars sit vera; papa non item, nec concilium, sed oportet adhibere consilium, expendere rationes, tunc sequitur assistentia Spiritus Sancti ne falli possint; prius tamen oportet conferre, disputare, preces fundere; requiritur Dei favor et hominum diligentia et studium». MCP 5 f. 116v-117r, núm. 14. Por lo demás, es claro, según la doctrina, que ha expuesto anteriormente, que la asistencia garantiza también que no se omitirá esa diligencia y estudio.

no ser que emplee la diligencia debida, puede errar; pero puede ser negligente en poner la diligencia suficiente; luego puede errar⁵⁶. Al responder a ella, hace notar Báñez que unos teólogos conceden la mayor y niegan la menor, mientras que otros conceden la menor y niegan la mayor⁵⁷. Con esto, alude a los dos modos de concebir la infalibilidad: para unos el Papa podría errar, si no emplease la diligencia debida, pero no puede ser negligente en emplearla (la asistencia del Espíritu Santo se encarga de evitarlo infaliblemente); para otros, puede ser negligente en investigar, pero su infalibilidad no depende de la diligencia previa. En todo caso, sea cual fuere la teoría, que se siga, no puede admitirse la hipótesis de una definición falsa⁵⁸.

Los que piensan que la infalibilidad es independiente de la diligencia empleada, se apoyan en la promesa de Cristo a San Pedro (Lc. 22, 32): «yo rogué por tí, que no desfallezca tu fe»; en estas palabras señalan cómo el Señor rogó para que no desfalleciese la fe de Pedro y no precisamente para que no desfalleciese su prudencia; podrá, por tanto, ser negligente en emplear la diligencia debida, lo cual no repercutirá en la infalibilidad de su definición⁵⁹. Insisten también en que parece que, si la infalibilidad depende de la diligencia, no se concede a Pedro privilegio alguno;

56 «Arguitur quarto. Summus Pontifex quantumlibet Catholicus nisi necessariam diligentiam adhibeat errare potest; sed potest esse negligens in eiusmodi sufficienti diligentia adhibenda, ergo. Maior probatur. Quia Spiritus sanctus non assistit Pontifici per immediatam revelationem expresse illuminando illum, quid definire debeat, eo pacto quo olim sacris scriptoribus assistebat, sed assistit Pontifici quaerenti veritatem per disputationem et inquisitionem et consilium, in quibus potest Papa negligenter procedere, et per consequens errare». *De fide, spe et charitate* [...] *Scholastica Commentaria in Secundam secundae Angelici Doctoris partem, quae ad quaestionem quadragesimam sextam protenduntur* [...] *autore FRATRE DOMINICO BAÑES* [...] *Salmanticae 1586, col. 128.*

57 «Ad quartum argumentum respondent quidam concedentes maiorem, sed negant minorem. Alii vero e contra negant maiorem et concedunt minorem». *Ibid.* col. 144.

58 «Utrique tamen aiunt, quod nunquam definit falsum summus Pontifex, vel quia semper adhibebit sufficientem diligentiam, vel quia si non adhibuerit, etiamsi ille peccet non tamen permittit Deus, quod definit falsum». *Ibid.*

59 «Et ratio istorum est, quia privilegium quod Christus Petro concessit, in hunc modum habet; Ego rogavi pro te, ut non deficiat fides tua. Non

todo, el que es diligente en investigar acerca de la fe, encontrará la verdad ⁶⁰.

A pesar de estos argumentos, Báñez se opone a este modo de entender la infalibilidad y opta por la opinión, que la hace depender de la diligencia previa. Las razones, que le mueven, son las siguientes: En primer lugar, la asistencia no se concede a Pedro y sus sucesores por una iluminación inmediata; se requiere una búsqueda diligente, para poder después definir qué es lo cierto según la fe ⁶¹. El mismo uso de los Papas y Concilios confirma esta concepción, pues nunca definen sin diligente investigación previa; y no se diga que este hecho sólo prueba que existe un precepto de investigar, pero no una necesidad, pues tal precepto no puede deducirse, sino del peligro de error, al que se expondría el Papa en el caso de no investigar; si ese peligro no existiese, tampoco habría obligación de investigar ⁶².

Dada su concepción de la infalibilidad, responde Báñez a la objeción, que señalabamos al principio, negando que puedan el Papa y el Concilio omitir la diligencia necesaria. Y esto es tan cierto, como cierto es que no pueden errar en sus definiciones, pues el que concedió infaliblemente el fin (no errar), también concedió

dixit, ut non deficiat prudentia tua, ergo poterit esse negligens in adhibenda debita diligentia». Ibid.

60 «Item probant, quia alias nullum videretur privilegium concessum Petro. Etenim quicumque diligens fuerit ad inquirendum de fide, inveniet veritatem». Ibid.

61 «Sed haec sententia non videtur tenenda. Primo quia assistentia Spiritu Sancti non est concessa Petro et successoribus simul per immediatam illuminationem, sicut autoribus sacrae Scripturae assistit Spiritus sanctus: alias definitio Pontificis esset sacra Scriptura, si immediate haberetur ex revelatione Spiritus sancti facta Pontifici. Dicendum ergo videtur, quod requiratur diligens inquisitio, ut Pontifex postea definiat, quid sit certum secundum fidem». Ibid. col. 144s.

62 «Item probatur hoc ex usu, quem semper observavit Ecclesia praemittens disputationes in conciliis, ut postea definiantur quae secundum fidem tenenda sunt. Ipsi etiam summi Pontifices, si quando sine concilio generali volunt aliquid definire, semper praemittunt consultationem Theologorum. Quod si quis dicat, hoc ita fieri, quia praeceptum est de adhibenda tali diligentia, non quia simpliciter sit necessaria. In contrarium est, quia tale praeceptum non aliunde potest colligi, nisi quia alias Pontifex exponeret se periculo errandi, nisi talem diligentiam adhiberet. Etenim si nulla posita industria neque concilium neque Pontifex errare possent, non esset temerarium non adhibere talem diligentiam, neque esset unde colligeretur praeceptum illam adhibendi». Ibid. col. 145.

la infalibilidad de los medios necesarios para el fin (investigación diligente) ⁶³.

Finalmente rechaza Báñez los argumentos a favor del modo de concebir la infalibilidad, que la hace independiente de la diligencia previa. Es verdad que el Señor prometió a San Pedro que no desfallecería su fe, pero con ello le prometió también consecuentemente los medios necesarios para conservar esta infalibilidad en la fe ⁶⁴. Además es falso que, haciendo la infalibilidad dependiente de la diligencia previa, no se conceda a Pedro un privilegio especial. Un hombre particular puede ser negligente en investigar las verdades de la fe; y aun siendo suficientemente diligente, puede errar inculpablemente acerca de ellas. El privilegio de Pedro y de sus sucesores consiste en que no pueden ser negligentes en emplear la diligencia necesaria y en que, empleándola, no pueden errar de modo alguno (ni culpable ni inculpablemente). La condicional «si el Papa no emplease la diligencia suficiente para definir las cosas de la fe, puede errar» es verdadera, pero la condición es imposible, supuesta la doctrina del Evangelio ⁶⁵.

63 «Dicimus ergo ad quartum argumentum, quod Papa et concilium non possunt relinquere huiusmodi diligentiam, neque relinquent illam unquam, cum res fidei definire parant. Et hoc est tam certum, quam certum est, non posse concilium et Pontificem errare in definiendis rebus fidei. Nam qui concessit infallibilitatem finis, contulit etiam infallibilitatem mediorum, quae necessaria sunt ad finem. Praeterea. Si hanc certitudinem non haberemus, facile possent haeretici definitiones Pontificum et conciliorum calumniari, dicentes non adhibitam fuisse diligentiam necessariam, neque revelationem factam esse immediate a Deo circa tales definitiones». Ibid.

64 «Et ad argumenta oppositae sententiae respondetur, quod in illo loco Lucae 22 dum promisit Christus Petro fidem indeficientem, consequenter etiam promisit necessaria media ad huiusmodi infallibilitatem fidei conservandam». Ibid.

65 «Ad secundum argumentum illius sententiae respondetur, quod particularis homo negligens esse poterit in inquirenda fidei veritate. Et si fuerit sufficienter diligens, adhuc errare poterit errore inculpabili circa veritatem fidei. Caeterum privilegium Petro et successoribus concessum illud est, quod nullo modo possent negligentes esse in adhibenda necessaria diligentia, et rursus quod adhibita tali diligentia nullo pacto possint errare in definienda veritate fidei errore culpabili neque inculpabili. Habemus ergo, quod haec condicionalis vera est, si Papa non adhibuerit sufficientem diligentiam ad definiendas res fidei, errare poterit. Sed antecedens est impossibile supposita Evangelica doctrina, et ideo non est admittendum». Ibid.

Hemos llegado en nuestro recorrido histórico hasta 1584, fecha en que se publicó por primera vez el comentario de Báñez sobre la 2-2. Será interesante constatar cómo estas ideas, comunes entre los teólogos dominicos de Salamanca, reaparecen tres siglos más tarde en labios de Gasser durante el Concilio Vaticano I. En efecto, en la Relación sobre las enmiendas al capítulo IV de la Constitución De Ecclesia Christi, Gasser explicaba que la infalibilidad pontificia no excluía la cooperación de la Iglesia, ya que la raíz de la infalibilidad del Papa no debe concebirse como inspiración o revelación, sino como asistencia; por ello, Gasser no sólo afirmaba la obligación, por parte del Papa, de utilizar los medios aptos para conocer la verdad (tales son —según él— los concilios o la consulta a obispos, cardenales, teólogos etc.), sino que expresaba su persuasión de que en la promesa de la asistencia divina, se contiene también la promesa de que se utilizarán los medios necesarios y aptos⁶⁶.

66 «Hanc cooperationem Ecclesiae tum ideo non excludimus, quia infallibilitas Pontificis Romani non per modum inspirationis vel revelationis, sed per modum divinae assistentiae ipsi obvenit. Hinc Papa pro officio suo et rei gravitate tenetur media apta adhibere ad veritatem rite indagandam et apte enuntiandam; et eiusmodi media sunt concilia vel etiam consilia episcoporum, cardinalium, theologorum etc. Haec media pro diversitate rerum utique sunt diversa, et pie debemus credere quod in divina assistentia Petro et successoribus eius a Christo Domino facta, simul etiam contineatur promissio mediorum, quae necessaria aptaque sunt ad affirmandum infallibile Pontificis iudicium». CL. 7, 400.

APENDICE DOCUMENTAL

I. FRANCISCO DE VITORIA

In 2-2, q. 1, art. 10. Lecturas del curso 1526-1527

Biblioteca Apostólica Vaticana, Códice Ottoboniano latino 1015a

[f.6r] [...] ART. 10. An ad Summum Pontificem pertineat symbolum fidei determinare

[1] Arguitur sic: si ad determinandum ea, quae sunt fidei, sufficit summus pontifex sine concilio, quare ergo numquam fecit?

Respondetur quod, dato potuisset, tamen ad servandam concordiam et pacem et ad maiorem conformitatem contra haereticos, puta ut omnes episcopi idem praedicarent, congregatum est concilium.

2.º dico quod, sicut dictum est supra, quod priusquam fides infusa habeat actum, oportet praecedere aliqua tamquam determinantia et moventia et proponentia, ita etiam summus pontifex, priusquam posset venire in notitiam alicuius propositionis de fide, indiget etiam motivis exterius, nec enim [f. 6v] alias habebit ab extrinseco revelationem. Nec enim summus pontifex habet illam potestatem ut, proposita quacumque propositione de materia fidei, statim agnoscat an sit vera falsa, sed oportet prius via humana procedere, qua diligenter facta, sequetur auxilium divinum quod papam errare non permittet. Sic ergo, si papa per semetipsum vellet determinare propositiones fidei non adhibito concilio nec examinata prius ex scriptura veritate, posset profecto errare.

Et dico: secundum qualitatem materiae papa adhibet concilium. vel saltem virorum doctorum consilium. Nam si res, de

qua agitur, facilis sit cognitu et non sit in ea magna controversia, sufficit in ea habere sententias virorum doctorum et apparentia ex scripturis. Si autem res sit gravis et in qua sint difficultates grandes, in quibus viri boni et docti dubitant, nec satis patet ex scripturis, tunc opus est congregare concilium. Et adhuc in synodo non est imaginandum quod debeat procedere solum via iurisdictionis et ex sententiis patrum sine alia discussione *decernere*^a de veritate alicuius propositionis nec etiam sufficit committere se precibus et sperare auxilium Spiritus Sancti, quod Deus promisit Ecclesiae; sicut nec sufficit mihi ut ego non errem in fide ut mihi revelentur propositiones fidei; sed oportet prius examinare dictas propositiones ex sacris litteris, item relationibus et disputationibus virorum doctorum, quo facto et oratione praemissa, procedere potest ad determinandum. Oportet igitur ut faciat quod in se est, non enim datur auxilium speciale nisi in necessitate et quando diligentia humana non sufficit nec potest sufficere.

Sed tunc insurgit dubium, quia si oportet ut praemittat talem examinationem, ergo si non faciat, poterunt aliquando errare in determinando.

Respondeo: profecto verum est, si non faciat, sed oportet dicere, postquam Deus subiecit omnes fideles summo pontifici et Ecclesiae et oportet nos oboedire illis, quod sint aliquo pacto infallibiles; et sic dico quod Deus numquam permittet quod procedat ad [f. 7v] determinationem antequam faciat quod in se est et sic numquam poterunt errare.

Si arguas: ergo non habet plus papa quam ego, quia si ego facio quod in me est, non potero errare in his quae sunt fidei.

Respondeo: falsum est; immo postquam fecero totum quod in me est, potero assentire falso licet invincibiliter, non autem sic est de papa et concilio.

[2] Item quaeres: postquam Spiritus Sanctus assistit papae in hoc et concilio utrum assistat eo modo quo assistebat prophetis et evangelistis revelando scilicet mysteria quae scriberent, an sic revelet papae veritatem vel falsitatem. Et si sic, sequitur quod determinationes papae et conciliorum sunt sacra scriptura.

Minime est hoc modo, ut patet ex dictis; nec prophetae nec evangelistae examinabant [humano more]^b quae scripserunt sed

a Ms: discernere.

b Ms. tenía escrito: humana.

ex instinctu revelationis Spiritus Sancti dictabant. Non autem est sic de concilio, sed, ut praemisimus, oportet examinare ante determinationem.

Item prophetis et evangelistis fiebant revelationes de mysteriis novis, id est, de rebus quae de aliis scripturis cognosci non poterant. Non enim sic est de papa et concilio. Si enim proponeretur aliquod dubium quod non tangeret scripturam sacram vel intellectum eius vel quod non posset aliquo modo determinari per scripturam sacram, non posset papa nec concilium illud determinare nec habere ad hoc Spiritus Sancti instinctum nec concursum nec assistentiam. Si enim aliquis proponeret aliquid quod dicitur in libro de infantia Salvatoris quod scilicet fecit in infantia, non posset papa determinare; dico ex solo illo pronisso [Lc. 22, 32]: ego rogabo pro te; vel illo [Jn. 14, 26]: cum venerit Paraclitus ille vos docebit omnia; nisi forte Deus de novo vellet aliquid revelare. Unde scriptura sacra est maioris auctoritatis quam papa, cum ex contrario maior sit auctoritas evangelistae quam evangelii.

Sed quaeritur an per fidem assentiat papa alicui propositioni, cui alius non assentiat.

Respondeo: credo quod non, quia est eiusdem rationis fides illius cum aliis; sed speciali instinctu Spiritus Sancti potest aliquid scire quod ego ignorem.

[3] 2.^o principaliter dubitatur quid hoc est scilicet condere novum symbolum; utrum sit obligare fideles ad credendum vel quid, [f. 7v] cum articuli additi prius essent de fide, nec enim papa potest aliquid facere de fide quod non prius fuerit de fide, quidquid enim est de fide est in scripturis, licet non omnes teneantur credere explicite. Item quaeritur an condere novum articulum sit determinare aliquam propositionem et utrum hoc sit condere novum symbolum de novo.

Respondeo quod non omnino est idem determinare propositionem et condere articulum, nam non potest esse certior nec magis de fide propositio determinata a papa, quam illa quae est discrete in scriptura, et tamen non omnis talis est articulus, alias essent infiniti articuli, et articuli sunt solum credibilia per se et fundamentalia. Articulum ergo vel symbolum condere est proponere aliquid credendum omnibus fidelibus ita quod cadit sub mandato credere. Propositio autem alia quamvis determinata a papa, si non est articulus fidei, non est necessaria ut credatur. Sed haec

est differentia, quia antequam esset determinata, poterat quis errare circa illam invincibiliter et sine haeresi, etiamsi esset de fide et vera. Postquam autem aliquis scit eam esse determinatam non licet dissentiri illi propositioni. Sed hoc non sufficit articulo, sed cum quis credit illum esse articulum, debet scire illum. Sed nec sufficit ne errret circa illum. Sed numquid de iure divino est credere omnes articulos vide in quaestione sequenti.

[4] Est etiam notandum quod ista potestas maxime data est summo pontifici respectu eorum quae tangunt fidem et fortasse mores. Respectu vero aliorum non habet potestatem infallibilem. Unde quamvis Sixtus IV determinavit quod beata Catharina Senensis non habuit stigmata, non credo illi quia extendit sensum suam potestatem. Et proportionaliter dic de omnibus aliis similibus, id est, de quibusque factis non ad fidem vel ad mores pertinentibus. Et quia canonizatio sanctorum videtur pertinere multum ad mores, quia oportet nos committere orationibus sanctorum videtur etiam quod in illis errare non possit, quamvis hoc non sit certum. Sive autem possit errare sive non, saltem non liceret alicui hoc [f. 8r] *dicere quod in canonizatione sanctorum et^e*. In his autem quae ad mores expectant non potest papa errare sic ut statuat perniciose, potest tamen aliqua statuere quae fortasse melius esset non statuere.

[5] Sed quaeritur quid est papam vi papatus determinare aliquid de fide, an sufficiat quod papa permittat legi in Ecclesia, immo quod statuerit legi in Ecclesia.

Respondeo quod nec est de fide quod Gregorius scripsit in homiliis, nec quod Sixtus^d Papa scribit de beata Catharina Senensi. Requiritur ergo quod Papa *decernat*^e aliquam propositionem esse de fide. Nec sufficit esse veram ad hoc quod sit de fide, quamvis enim *decernat*^f Ioannem evangelistam non esse mortuum, non ideo esset de fide

[6] Sed an galli et germani qui putant papam non esse supra concilium et *papam*^g posse errare in fide sint censendi haeretici vel schismatici.

c Estas palabras han sido corregidas de otra mano; el sentido queda incompleto.

d Ms: Calixtus.

e Ms: discernat.

f Ms: discernat.

g Ms: papa.

Respondeo quod non, modo non subtrahant obcedentiam papae nec negent papae suam iurisdictionem, quamvis postquam determinatum est a Concilio Lateranensi papam esse supra concilium periculosissimum sit oppositum defendere. Sed concilium non condemnavit hoc esse de fide vel oppositum haereticum. Tractare hic de auctoritate concilii supra papam vel e contra non possemus propter dignitatem et ideo supersedebimus usque in alium locum. Hoc solum dico: frivolam esse rationem adversariorum qua arguunt papam non esse supra concilium, quia dicunt non esse verisimile Christum totam fidem commisisse homini {uni}^h plerumque malo.

Respondeo: certum est quod nec unus homo, nec omnes simul possent commode regere ecclesiam sine speciali assistentia Spiritus Sancti; per istam autem assistentiam aequae Deus potest regere Ecclesiam suam per unum hominem sicut per mille. Et ideo sicut adversarii dicunt quod licet omnes quotquot sunt in concilio essent mali et idiotae, Deus non permittet eos errare, ita in paucis est dicendum et de papa, et postquam, quomodo est de facto et non de possibili, clarum est quod Christus potuerit praeponere papam universali ecclesiae et in evangelio fit mentio de primatu Petri et non de primatu ecclesiae supra eum, securius est quod est supra concilium.

[7] Sed, hoc supposito, quaeritur an in concilio sit auctoritas immediate a Deo vel a papa solum.

Respondeo: credo quod melius est dicere quod a Deo immediate, licet papa semper maneat pastor et supra omnes

Quid ergo, si plures, saltem maior pars, esset unius sententiae [f. 8v] et papa esset contrariae opinionis, cui standum esset?

Respondeo: papa, licet posset esse contrariae opinionis, tamen in *decernendo*ⁱ non posset esse contrariae opinionis, et sequenda est maior pars patrum, quia non solum sunt consilarii, sed etiam iudices, quod patet, quia doctores et alii, qui vocantur ad concilium, non ferunt sententiam, sed solum praelati. [...].

h Ms: tenía escrito: uno

i Ms: discernendo.

II. DOMINGO DE SOTO

In 2-2, q. 1, art. 10. Lecturas de 1539.

Biblioteca Apostólica Vaticana. Códice Ottoboniano latino 782

[f. 66r] ART. 10. **Utrum ad Summum Pontificem pertineat
symbolum fidei ordinare**

[1] Postquam habemus quod articuli possunt crescere successione temporis ad dirimendas novas haereses, quaeritur ad quem pertineat condere novos articulos: utrum ad summum pontificem [...]

Conclusio est certissima et de fide: quod ecclesia habet auctoritatem determinandi aliquid tamquam de fide.

Elici credo illud ex sacra scriptura. Hoc patet, nam in concilio Nicaeno determinata sunt multa de fide, quae antea non erant expresse de fide tamquam articulus, sicut quod Christus est Deus consubstantialis Patri, quod Beata Virgo est vere Mater Dei. [...] Ergo necessarium fuit quod Christus relinqueret in ecclesia auctoritatem explicandi sacram scripturam, ita ut illa expositio esset de fide.

Sed respondent haeretici illud non esse necessarium, sed quando esset dubium, expectanda esset revelatio a Deo immediate.

Sed arguitur quod hoc est intolerabile. Nam si, emergente dubio, est expectanda revelatio vel illa revelatio deberet fieri singulis personis dubitantibus vel deberet fieri uni qui enuntiaret aliis. Primum esset absurdum et fatuum dicere; puta quod singuli, qui dubitarent, deberent expectare revelationes speciales. Et si detur secundum, tunc est argumentum, quia vel esset certissimum et de fide, quod ille cui fieret revelatio [non] posset nos decipere, vel non. Si non esset certissimum, tunc adhuc semper maneremus dubii an ille diceret nobis verum. Et tunc essent schismata inter homines contra praeceptum Pauli 1 ad Corinth. 1, [10], Si autem esset de fide quod ille non potest nos decipere, certe non potest esse alius nisi vel papa vel concilium. Et sic non est dubitandum quin ecclesia possit determinare aliquid tamquam de fide.

[2] Sed tunc est 2um dubium: quae est ista potestas ecclesiae ad condendum articulum fidei Utrum condere articulum sit

recipere novam revelationem sicut apostoli vel prophetae receperunt novas revelationes scripturae canonicae; breviter, sine argumentis. Respondetur quod non. Nam apostoli et prophetae immediate illuminabantur a Deo. Itaque recipiebant cognitionem interiori immediate a Deo. Ecclesia vero non, nec totum concilium, nec papa. Sed isto modo illuminatur, quod si ecclesia consulat sacram scripturam diligenter et conferat unum locum cum alio et utatur etiam rationibus naturalibus, ad determinandum aliquid sive pertinens ad morem sive ad fidem non permittetur errare. Sed tamen si velit ecclesia exspectare revelationem immediate a Deo, ut dicit Wicleff, tunc certe erraret.

Sed tunc est dubium quomodo sumus certi quod non errat, puta quod non errarunt patres Concilii Nicaeni in determinationibus fidei; forsitan non egerunt totum quod in se erat, nec diligenter perscrutati [f. 66v] sunt scripturas.

Respondetur quod sumus certi quod non permittet ecclesiam determinare aliquid nisi fecerint, quantum in se est, sufficientem diligentiam.

Sed tunc est dubium quia tunc videtur quod nullam dignitatem attribuimus in hoc ecclesiae; nam nulli singulari personae, facienti quod in se est diligenter, permittet errare.

Respondetur hoc esse falsum; immo stat quod vetula, immo doctor theologus faciat quantum potest et nihilominus erret, licet ignorantia esset tunc invincibilis. Sed ecclesia non potest errare nec per ignorantiam invincibilem in his quae sunt fidei.

[3] Habemus ergo probatum quod ecclesiam instituere articulum non est recipere novam revelationem. Ex hoc sequitur 2.^o quod determinationes ecclesiae non sunt sacra scriptura. Hoc enim connotat sacra scriptura quod sit immediate revelata a Deo. Revelatio tamen Ecclesiae non est immediate a Deo, sed per sacram scripturam. Et ideo revelatio apostolorum, puta sacra scriptura, se habet sicut principium respectu revelationis ecclesiae.

[4] Aliud dubium principale sequitur hic: utrum sit tanta auctoritas ecclesiae sicut sacrae scripturae. Auctoritas enim sacrae scripturae, ut diximus modo, est auctoritas apostolorum, qui loquebantur ex revelatione Dei immediata. Auctoritas ecclesiae est iundata etiam in revelatione Dei, sed mediante scriptura. De hoc etiam diximus in eadem relectione [de auctoritate sacrae scripturae.]

Sunt circa hoc 3 opiniones. Prima est Abulensis in sua Introductione super Math. q. 13, ubi dicit quod ecclesia est maioris auctoritatis quam evangelistae et quam mille evangelistae; et probat quia propter quod unumquoque tale et illud magis, sed evangelistis non credimus nisi propter ecclesiam, quia praecepit ut credamus illis, ergo maioris auctoritatis est ecclesia. Et confirmatur auctoritate Augustini contra epistolam fundamenti Manichaei cap. 5: Evangelio non crederem nisi ecclesiae auctoritas me compelleret. Alia est opinio in alio extremo, quae est Caietani, de auctoritate papae et concilii cap. 4; dicit enim quod maior est auctoritas Iohannis evangelistae, quam papae et totius ecclesiae. 3.^a opinio est media Ioannis Driedo, libro 4 de ecclesiasticis cap. 4, distinguens de ecclesia; dicit enim quod si ecclesia accipiatur pro tota ecclesia a tempore apostolorum, includendo ipsos apostolos, tunc ecclesia et scriptura eiusdem auctoritatis sunt in his quae sunt fidei, nam eadem est veracitas. Hoc patet manifeste: quia soli apostoli habent tantam auctoritatem sicut scriptura, Immo est eadem omnino auctoritas, nam scriptura est assertio apostolorum. Alio modo, accipitur ecclesia pro tota ecclesia excludendo apostolos et sic non est tantae auctoritatis sicut scriptura, nec sicut ecclesia primo modo. Hoc patet quia ecclesia isto modo non potest condere scripturam sacram sicut apostoli, quia non recipit immediatam revelationem sicut ipsi. Immo non potest aliquid determinare tamquam de fide, nisi quatenus elicitur ex dictis apostolorum. Et eadem est sententia Durandi 3, d. 24, q. 1; dicit enim quod ecclesia quae modo est, non est tantae auctoritatis sicut antiqua ecclesia. Et ita Durandus et Driedo intelligunt illud Augustini: evangelio non crederem etc. de ecclesia non quae modo est, sed de ecclesia apostolorum. Itaque insinuant quod ecclesia quae modo est non sufficeret determinare aliquam esse sacram scripturam. Et idem videtur praetendere Dominus Waldensis, tom. 1, lib. 2, cap. 22. Immo dicit quod sunt aequalis auctoritatis. Immo dicit unum mirabile quod ecclesia quae modo est non posset augere nec explicare plures articulos fidei quia iam omnes sunt expliciti, sicut homo qui pervenit ad perfectam aetatem non potest amplius crescere. Nihilominus quia quaestio haec est valde necessaria et pro isto articulo et pro quaestione 6, ubi dicturi sumus de causa fidei, respondeo hic per aliquas propositiones.

Prima: Comparando apostolos ad sacram scripturam quantum

ad auctoritatem, [ut comparat Driedol] nulla est comparatio, scilicet nihil est dicere quod sint aequalis auctoritatis, nam eadem est omnino auctoritas apostolorum et sacrae scripturae; sicut eadem est auctoritas alicuius hominis et assertionis suae. Nam scriptura est assertio apostolorum, nec scriptura habet aliam auctoritatem, nisi quam habent apostoli in quantum apostoli. Potest enim apostolus errare, quia poterat peccare venialiter, ut forsitan peccavit Petrus in observatione legalium. Sed tamen in quantum conditores scripturae non poterant errare. Et ideo quando comparamus ecclesiam ad sacram scripturam non habemus in ecclesia includere apostolos. Immo idem est comparare ecclesiam ad sacram scripturam et comparare ad apostolos. Sed debet accipi ecclesia seclusis apostolis pro ecclesia quae non potest condere scripturam. Diximus quod soli apostoli per immediatam revelationem possunt condere scripturam. Sed ecclesia, seclusis apostolis, quia non recipit immediate revelationes, non potest condere scripturam. Sed potest determinare articulos quatenus sequuntur ex sacra scriptura. Et de auctoritate huius ecclesiae loquimur.

2.^a Conclusio: accipiendo ecclesiam isto modo, seclusis apostolis, non potest sustineri opinio [f. 67r] Abulensis, videlicet, quod ecclesia sit maioris auctoritatis quam evangelista. Videtur enim quod Abulensis accipiat ecclesiam ut distinguitur contra apostolos, postquam comparat illam ad evangelistas. Nam auctoritas apostolorum est auctoritas divina, et scriptura sacra, quae est assertio apostolorum, est assertio ipsius Dei. Quare illa est summa auctoritas; immo nec Deus est maioris auctoritatis quam ipsa scriptura. Et hoc figurat Redemptor noster Mt. 24, [35]: Coelum et terra transibunt, verba autem mea non transibunt. Comparavit auctoritatem scripturae rebus firmissimis quae sunt in universo [...] Unde ad argumentum Abulensis respondemus quod evangelistae non habent auctoritatem ab ecclesia sed a Deo; nec credimus illis quia ecclesia praecipit, sed quia Deus praecipit. Et ad argumentum: si ecclesia non diceret hoc esse evangelium Ioannis vel Mathei, ego non crederem dictis evangelii; ergo auctoritas evangelistarum est ab ecclesia; concesso antecedenti, negamus consequentiam. Volo dicere quod ecclesia solum est causa quod ego credam haec esse dicta evangelistae; sed, postquam credo quod iste est evangelista, non credo dictis eius quia praecipit ecclesia, sed ex habitu fidei inclinor ad assentiendum dictis eius, tanquam dictis Dei. Itaque si post-

quam ego credidi quod haec sunt verba Ioannis, praeciperet Ecclesia per impossibile quod Verbum caro [non] factum est, nullo modo oboedirem ecclesiae, sed crederem Ioanni. Exemplum: sicut si esset papa coram me, quem ego non cognosco, et quidam homo plebeius diceret mihi, hic est papa Paulus, postea non crederem dictis papae propter illum plebeium hominem, sed propter auctoritatem papae, licet crederem hunc esse papam propter illum hominem. Et hic est sensus auctoritatis Augustini: evangelio non crederem etc., scilicet, non crederem evangelio nisi ecclesia diceret hoc esse evangelium. Sed inde non sequitur quod auctoritas evangelistae vel scripturae sit ab ecclesia.

Sed dubium est e converso, utrum scriptura vel apostoli sint maioris auctoritatis quam ecclesia, seclusis apostolis, ut vult Dominus Caietanus

Sit 3.^a propositio quod auctoritas utraque est divina, licet auctoritas scripturae et apostolorum sit immediator, quam auctoritas ecclesiae Nam ecclesia in determinationibus fidei innititur [in] sacra scriptura et auctoritate apostolorum.

4.^a conclusio: eadem species haeresis esset negare auctoritatem ecclesiae quae nunc est et concilii legitime congregati, et negare propositionem evangelii.

Probatur quia etiam illud quod concilium determinaret, esset revelatio divina, licet mediata. Idem enim est quod Deus per apostolos immediate revelet scripturam et quod per scripturam revelet concilio explicationem alicuius articuli, licet gravius peccatum esset in eadem specie negare propositionem evangelii aut Pauli.

5.^a conclusio: aliquo modo posset dici maior auctoritas scripturae quam ecclesiae, scilicet immediator. Sic dicit Aristoteles 1. post. quod credimus magis principiis quam conclusioni, scilicet immediatius.

Nihilominus est ultima conclusio: quod simpliciter et absolute non potest dici maior postquam utraque est a Deo Nam quod sit mediator vel immediator parum facit postquam est tam de fide quod ecclesia non potest errare sicut evangelium, licet haeretici negent. Et sic habemus quod ecclesia potest [condere articulum] fidei et obligare nos ad credendum, sicut sacrae scripturae. Et non solum ecclesia antiqua apostolorum, sed ecclesia quae modo

est. Nam in concilio Nicaeno iam non erat apostolus. Et tantam auctoritatem modo, sicut concilium Nicaenum. Et ad illud verbum Waldensis, scilicet, quod ecclesia iam modo non potest iam condere novos articulos, respondendum est quod intelligitur, quia iam non expedit nisi erit necessitas, quia in tanto tempore verisimile est quod omnes sunt iam expliciti, sed non *negarem*^b quin, si occurreret necessitas, posset etiam nunc explicare novum articulum]. [...]

[5] [f. 67v] [.] Est tamen hic dubium: si papa potest facere articulum, quare nunquam fecit ipse solus. Videtur quod nunquam opus esset congregare concilium et tamen de facto nunquam fecit sine concilio.

Respondetur quod papa potest determinare articulum fidei consulendo sacram scripturam et faciendo quod in se est more humano, aliter errasset sicut concilium ipsum et singularis persona in rebus humanis. Non facit quod in se est, nisi consulat viros probos in rebus gravissimis et ad consulendum illos expedit facere concilium; aliter populus scandalizaretur, si videret quod papa per se res gravissimas determinaret. Et hoc est quod praetendit hic Sanctus Thomas ut patet in ratione Sed contra.

[6] Ultimum tamen dubium est quid requiratur ad hoc quod aliquid habeatur pro articulo fidei utrum satis est quod determinetur ab ecclesia, vel utrum sufficit quod ecclesia receperit quomodocumque. Respondetur per propositiones.

Prima: non sufficit quod aliquid suscipiatur et approbetur communiter ab ecclesia ut habeatur pro fide. Patet imprimis de legendis sanctorum quae publice leguntur et tamen non habentur pro fide. Immo multae sunt quae utinam essent verae. Item in capite Sancta Romana approbantur opera Augustini et opera Hieronymi et multa alia; et tamen non sunt de fide. Immo Decretum est approbatum ab ecclesia non tamquam de fide, ut putant Domini canonistae; nec habent maiorem auctoritatem opera Augustini quae sunt in Decreto, quam opera Hieronymi quae non sunt in Decreto.

2.^a non sufficit quod aliquid sit dubitatum et disputatum in concilio et determinatum ad unam partem ad hoc quod habeatur tamquam de fide. Patet; in cap. Maiores, de baptismo et eius effectu fuit disputatum et determinantum quod in baptismo infun-

b Ms: negaret.

duntur virtutes. Immo videtur determinatum in favorem illorum qui dicunt quod sunt qualitates distinctae. Et tamen non est determinatum tamquam de fide, sed approbatum tamquam verior opinio illorum doctorum.

3.^a non sufficit adhuc ad hoc quod sit articulus fidei quod sit determinatum in concilio tamquam de fide. Nam in concilio Carthaginensi [sic] determinatum est quod Christus habuit duas voluntates et tamen hoc non est articulus fidei. Probatur quia articulos fidei quilibet tenetur expresse scire. Et tamen non est peccatum quod rusticus ignoret quod Christus habuit duas voluntates. Sed requiritur ad hoc quod aliquid sit articulus fidei, quod sit determinatum et propositum omnibus ad credendum, ita quod omnes teneantur scire sicut sunt articuli qui ponuntur in symbolo apostolorum. Immo, proprie loquendo, non omnia quae sunt expresse in symbolo Nicaeno sunt articuli fidei quamquam sint de fide. Sicut est illud quod Spiritus Sanctus procedit a Patre et Filio. Nam rustici hoc ignorantes non peccant. Itaque aliud est esse de fide, aliud est esse articulum fidei. Nam illud est de fide, quod est revelatum pertinens ad religionem et quod, si proponeretur alicui ab ecclesia, tenetur credere, sicut est tota sacra scriptura et determinationes conciliorum. Sed ad hoc quod sit articulus, requiritur quod sit iam propositum omnibus ad credendum ut omnes teneantur scire.

Ultima propositio: non *tamen* [?] omnia gesta ecclesiae necessarium est ut habeamus tamquam de fide; sicut canonizantes sanctorum; non est simpliciter de fide, quod sanctus, qui canonizatur, sit sanctus. Sed tamen credendum est tamquam certum, quia esset maximus error quod ecclesia haberet pro sancto et funderet preces ad illum, qui non est vere sanctus. Et ita esset temerarium et grave peccatum contradicere in hoc ecclesiae. Sed tamen non est de fide, quia illud consistit in quodam facto.

Videte argumenta haec etc. in solutione ad 2um.

Videte quomodo symbolum Athanasii non proprie habet formam symboli, sed cuiusdam doctrinae catholicae. Et ideo receptum est tamquam regula fidei.